



Universitätsbibliothek Paderborn

**Floremundi Raemundi V. Cl. Olim Consiliarii Regis
Galliarvm Ex Calviniano Catholici Synopsis Omnia hujus
temporis Controversiarum tam inter Lutheranos,
Calvinistas quam alios plurimos. Sive Historia ...**

**Raemond, Florimond de
Coloniae Agrippinae, 1655**

caput decimum primum. De Baptismo Calvinistarum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10880

quidem ipsis canere licere, sed domi in cubiculis, non vero praetoribus viris.

XI. Absolutus cantus versiculis, & paucis impletato quali diuini Spiritus auxilio Minister tex-tum aliquem e Biblij, quæ sen per ad manum habet, prælegit, & ad suum sensum exponit. Quem admodum vero Minus olim quum in dijs nihil reprehensione dignum inueniret, eorum officiarios & ministros calumniatus est; sic Prædicantes isti quando nihil habent quod vel in doctrina vel policia Ecclesiæ merito culpare possint, omnes animi sui virus in Ecclesiasticum Ordinem effundunt, ac præcipue contra ipsum supremum Pastorum debachantur. Ignorantia enim ratione plenumque destituta, connicys & iniurias tamquam telo viuis solerat: quæ tanto sunt atrociores, quanto auctor est disertior. Ac velut pescator non nudo hamo, sed dulcisca in duto pescibus insidiatur; ac venenum raro in fictilibus vasis, sed aureis poculis misseatur; & acutum illud ferrum Mænadum thyris praefixum hedera & pampinis occultatur: sic Prædicantes doctrinæ suæ pusataque venenum bello sum verborum caraplasmati regunt: quorum omnis eloquentia ostpectat non ut sanent, sed ut vulnerent, non ut doceant, sed ut decipient: ut de Arrio eiusque sectatoribus Epiphanius testatur, S. Paulus vero Apolitus de omnibus istis seductoribus primus prædixit.

XII. Quando peroravit Minister, rursus breuiores preces recitantur, & cantus Psalmi antea incepiti continuatur aut absolvitur. Tum omnes promiscue protinus, domumque abeunt. Qua vero deuotione, quo zelo hæc omnia peragi existimas. Lectio? Quum nemo sit ex omnibus qui vel manus ad cœlum eleuare, vel suspirium ex corde ducere audeat. Pectus enim percute te merum apud istos sapit Papismum. Vix quisquam est qui in genuæ se prosternat. In summa, non te por hic, sed frigus & gelus est. Quid idem in primis Lutheranis Erasmus grauerit reprehendit (n) Ego quum captiuus in bello apud Calvinistas nostros esse, redeo tribus in memoriam quæ in prima mea videtam pueritia, vix ullam Christianæ religionis umbram, vix ullum deuota pietatis signum deprehendi. Quid queris? Sanctuli videbantur qui in septimanabis, & quidem bene sæpe sanguinato stomacho, concioni interfuerint. Ferriam quintam multo latius transigebant quam Dominicam diem; qua non raro ab eis catonum abstinat. Nullus erat iusticiæ locus. Facie-

bat quisque quod vellet. Imperabant omnes, nemo parebat. Vesperi quando per hospitia miles dist ibuebatur, diaconus stans statibus precacionem præbat: quæ quidem non precatio, sed præconium aut proclamatio aliqua videbatur. Hanc remissionem reprehendenti mihi responderunt, Deum non externos gestis, sed animi humilitatem reperire: Perinde esse sine quisita cari fieri aut fideat. Verum hoc est, aiebam ego humilitas, tamen non nisi ex humiliacione videbi potest.

Hæ quidem sunt ceremoniae, hæ titus, hæ exercitiae, hæ formanouæ istius religiose Religio-nis. Quid, quod etiam vltro Catholicorum exercitiae irrident? Quorsum, inquit, istæ Matutinæ, Primæ, Tertiæ, Sextæ, Nonæ, Vespere, Completorias. Quorsum tot orationes ac precatio[n]es, quibus miseræ animæ, in Papistica Ecclesia gauantur ac cruciantur? At sat est, cum publicano illo oculos ad columbare, Deique implorate misericordiam: quin non vult mortem peccatoris, sed ut viuat. Quin etiam S. Ioannis, vt & Patriarcharum, tantopere Apostolo laudatam pietatem subsannant. Quod si publicant vobis exemplum placet; cur non placent gestus quoque? Cur manus precatum eleuatas aut decollatas, cur pectoris percussiones, cursuspiria, lachrymas rideatis? Longe aliter certe Tertullianus, apud quem, vi. & luctum Martylem, omnia ista antiquis etiam religiose usurpatæ videbantur. Sed de his satis. Iamad Sacra-menta veniamus. Licet enim Ecclesia Catholica septem semper receperit, ut ex omnibus scriptotib[us] constat: Calvinus tamen duo tantum agnoscit. Qua, quæso, scripturæ auctoritate? Nulla sane. Sed Baptismum Calvinistarum iam videa-mus.

DE BAPTISMO CALVI-nistarum.

CAPUT X.

ARGUMENTVM.

I. De Baptismo Calvinistarum, quem ad salutem necessarium non esse aumpt.

II. Cal-

n. In Spong. ad Hatt.



- II. Calvinista Pelagianorum & Manichaorum errores renouant.
- III. Errant in eo, quod laicos in causa necessitatis baptismum administrare posse negant.
- IV. Nullus in eo vtuntur ceremonijs.
- V. De ceremonijs antiquitus in baptismo administracione adhiberi solitu.
- VI. De Patrinis & Matrinis, ut vocant, & nominum impositione.

I. Nuiolabilis apud illos lex fuit longo tempore obseruata, ne quis nisi in concione baptizaretur, quamvis ager & in mortis discrimine esset infans constitutus. Quum enim, inquit, Baptismus sui solennius in Ecclesiam receptione, ut in facie rotius congregationis fiat, necesse est. Estque hic primus articulus Constitutionum Genevensium, titulo de Sacramentis, quas illi leges tanto in honore habent, quanto vel Augustanam Confessionem Protestantes, vel Catholici Euangelium. Mortis autem istius, de quo ago, haec est causa, quod opinantur, salutem non pendere a gratia Baptismi. Quum enim haec sit diuinus pronunciata sententia, Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluabitur, & qui non fuerit regeneratus per aquam & spiritum sanctum, non poterit videre regnum Dei: isti nihilominus, posse eos sine Baptismo saluari, perfida fronte asseuerant, non plus tribuentes Baptismo, quam vel Iudei Purificationibus suis, vellotionibus suis Turcae adscribunt. Qua quidem in multis modis sibi ipsis contradicunt, dum modo affirmant, naturam nostram totam corruptam esse, ortam ex infesta progenie Adam: & mox ramente assentunt, infantes inde ab utero matris sanctificatos esse, & consequenter Baptismum non esse ad salutem necessarium. Beza docet, inesse infantibus fidelium semen & germen fidei antequam baptizenter, quippe sanctificatis a Domino ab utero matris. Estque illi Baptismus nota, qua Christianorum infantes a Turcarum prole discernantur, quemadmodum toga, & penula Romanos a Gracis distinguebat. Ab hoc initio profectae sunt haereses Balthazaris Paimontani, Memnonis Frisi, Buduxi discipuli Seruerti, aliarumque peccatum Poloniæ, Transsylvaniae, Frisiæ. Quos sum Baptismus seribit in 3. Cap. Matthæi Bucerus, quum & sine eo infantes prædestinati saluenter, & qui prædestinatio non sunt, ad infernum etiam Baptizati de-

scendant. Latro ille, inquit, natus fuit ciuis Cœli, sine Baptismo. Discant autem ex Magistris scholæ Christianæ, tria esse genera Baptismi, primum in aqua, secundum in sanguine per Martyrium, & tertium in lachrymis per poenitentiam, adeo ut in causa necessitatis, ubi non est copia Baptismi aquæ, martyrium, aut vera poenitentia, coniuncta cum ardenti desiderio Baptismi, sufficiant ad salutem: at ubi nec necessitas est, nec martyrium, nec poenitentia, nec ardens aquæ desiderium, peccati originalis non datur remissio. Itaque hoc fuit à Calvino sanctum, necessarium esse, ut infans in concione baptizetur. Vade efficitur per easdem Leges Genevensium, quibus te aenam per Galliam Calvinistæ, ut parentibus oblaturis infantes suos Baptismo, quem sine concione recipere non possunt, exceptandum sit, dum yacet Dominis Ministris: qua quidem ratione, si vel à meridie, vel noctu in lucem edatur infans, nec possit in diem sequentem usque vitam producere, ut in concione baptizetur, care adum est illi Baptismo. Quam legem magis etiam adstrinxit Musculus Bernensis Superintendens, vetans, ne quis Ministrorum baptizaret, nisi solo die Dominicæ. Vnde quum Minister quidam Samuel Huberus infantem iam iam mortuum rogatu parentum noctu baptizasset, Musculus rem detulit ad Senatum, quod non esset dies Dominicæ. Huberus constituto sibi die, accusatus haeresis & rebellionis, purgat se, allegans, fuisse puerulum constitutum in periculo mortis, nec mortis corporis colum, sed animæ etiam. Replicatur, Baptismi priuatione non priuari hominem visione Dei. Huberus autem pleno Senatu testatur, haeticam esse hanc Musculi Propositionem, affirmantis posse saluari infantes nondum baptizatos. Super calite adeunt Bezam iam secundem (fuit enim hoc Anno MD XCV.) unâ cum Ministris Basiliensibus & Tigurinis. Redisceptata, damnatur factum Huberti, ipse à ministerio remouetur. Auctor est Reseius in Atheismis Sacramenti Poenitentiarum.

II. Sed ut in Galliam nostram reuerstamur, quamvis Ministri quidam paulò religiosotis legem istam de non nisi in cœcione baptizando voluerint infringere, ad evitaendum incommode, ne misera & innocens creatura ē vita excedat præuata hoc sacramento: uostro tamē tempore decerū

Caluinistarum baptismus & pelagianismus.

est in Synodo Figeacensi, ut Caietus testatur, non esse baptizandum nisi in ordinarijs ceteribus. Quod si mori infantes contingenter, consolando esse parentes hoc argumento, quod non consistat salus in Sacramentis, sed in fide, & in virtute promissionis Dei uniuersalis. Quod quid est aliud, quam Manichaeorum & Pelagianorum errorem, & haeresim ab Augustino tantopere & tanta cum constantia impugnatam sequi? Is enim Catholicum esse negat, credere, infantes originalis peccati veniam consequi posse, etiam non baptisatos. Et alibi, Non dubitandum esse ait, quin infantes, accepto baptismo, ob peccatum originale non puniantur. At Caluini doctrina negat ea de causa festinandum esse parentibus, sed exspectandum dicit, dum habeatur concio: quum sint sine Baptismo sanctificati. Quin etiam quum aliquando descendenti cathedra oblatus esset infans baptizandus causatus se iam defatigatum esset, rememorat in diem posterum sed antequam is illuc esceret, iam existens erat infansulus, quem admodum recitat Heschius libro de Eucharistia. Non est, inquit, Caluinus periculum in mora. At sanctus ille Hippone sis Episcopus affirmat eum, qui eiusmodi doctrinam praedicet, damnare Apostolicam traditionem, & Ecclesiam, apud quam receptum est consuetudine ut propere curratur ad offerendos Baptismo infantes. Vtri credendum est? Videte S. Ambrosium, S. Chrysostomum, & reliquos Patres omnes: nam prolixior forem, si vbi que locorum, ad illorum doctrinam respiciens, auctoritatibus onerarem presentem tractatum. Pictauenes Ministri post Synodum Castelleralensem, Anno M D XCIX. celebratam, ad matrem, infantes suos amittentium euitandas querelas, permitunt, ut in priuatis ædibus, si velint, baptizent Ministri. Alibi quomodo viuatur, maret.

III. Illum tamen Caluinistarum errorem silencio præterire non possum, quando negant Laicos ne quidem in causa necessitatis, posse baptizare: cuius rei hæc affertur à Caluino in Epistolis suis ratio, quod magis expedit puerum nondum recepto Baptismo extingui, quam hoc modo baptizari, idque contra omnem cuiusvis temporis Ecclesiæ determinationem. Videatur Terullianus Tractatu de Baptismo. D. Augustinus contra Donatistas, Nicephorus, alij. Valde trepidatum est super hoc negocio à Caluinistis in Colloquio Possiacensi, quod memorabile fecerunt mala, quibus originem præbuit. Erat à Ministris Metensi-

bus scripto hæc proposita questio, Vtrum infans ab obstetricie, nec si state premente baptizatus, denudo baptizari debet à Ministris, rogatu parentum. Beza omnium nomine respondit, hunc Baptismum ab obstetricie adhibitum, plurium suffragijs nullum iudicari, cui sententiae & ipse deinde caleulum suum adiecit. Attamen, inquit, quoniam contraria opinio ne ipsa quidem desituta est ratione, præstat Ecclesiarum Genevensis ac Tigurina decisionibus hanc controversiam terminari. Et poterat tamen certe vidisse id, quod Zuinglius scriperat libro de vera ac falsa Religione. Hæc litteræ interceptæ non parum iuuerunt caussam Catholicorum, qui merito insultabant pseudo apostolis istis, qui nouum Evangeliumio Galliam attulerant, quum essent ipsi adhuc in initio Christianismi, ostenderentque manifeste, in decisione præcipuorum Religionis capitum, quale hoc est, de quo agimus, non sead Scripturam, nedum ad hanc solam recurrere, quāuis eam claram & omnibus expositam fingant, saltem in necessarijs, sed ad solam Ministrorum suorum opinionem & phantasiam, & Caluini principis, quem ut Apostolum venerantur, auctoritatem: qui ad VVestphalum scribens, detestatur Baptismum Laicorum affirmans, satius esse, ut infans moriatur sine Baptismo, quam ut feminis detur potestas administrandi Baptismum necessitate urgente. Sed perpetuo eos ambulate in lata illa via erroris, Anno M D LXXIX. Amstelrodami, testatum fecit Deus miraculo. Mulier Catholica, quæ Caluinistæ nupserat, filium quem enixa erat, quum sciret à marito oblatumiri Ministro, clam baptizandum dedit personæ Laicæ. Quo facto, infans ad concionem portatur. Quem baptizaturus eodem die coram populo Minister, deficiente voce, verbum non potuit proloqui. Attonitus pater, puerū imposuit brachio, percunctatusque vxorem, illa quod reserat, confidente, quum cognouisset baptizatum esse ritu Ecclesiæ Catholice, ad eam ipse vñā cum reliqua familia per hoc factum conuersus est: quæ quidem sola miraculis claret. Beza quum colloquium instituisset cum Smidelino Brentij discipulo (a), quæ siuise ex illo dicitur. Quid sanguis effusus esset, si Ethnicus in agone constitutus Baptismum postularet, nec præsto esset Minister: Suaderem, inquit, Smidelinus, ut in fide sua acquiescens, non expeteret baptizari. At si nollet Beza inquit. Cui Smidelinus, Iuberem, inquit, facessere ad omnes diabolos & mori.

a Colloq. Mompel.

mori. Et Beza, Profecto, inquit, Domine Doctor, miser futurue essemus huius misericordia. Nec tamen idcirco melioram sententiam illi aperuit, ne sibi ipse forte contradiceret.

III. Quod ad Ceremonias attinet, aut formulas potius, quas in Baptismo obseruant, ex vbiique diuersae sunt: nam apud quoddam, quibus adhibentur Baptismi, vlnis tenent infantem, apud alios cum cuius humi deponitur, velut Neraci, Cletriaci, Castelgelusij, & alibi. Hoc modo imbecilles iste creature Diaboli, ut Scriptura loquitur, oppignerant, Ministro offeruntur, qui habito Sermone quodam, & admonitione verius quam preicatione, nulla præterea addita Ceremonia, paulum aquæ faciei illarum aspergit, simulque haec verba pronunciat, Baptizo te, &c. Quin Zuinglius negabat ad strictos nos esse debere ad aliquam formam verborum: hoc enim nihil aliud fore, quam vocibus vim aliquam virtutemque, Magorum instar, adscribere. In Anglia Signum Crucis fronti infantis imprimitur, non minus ac in Germania. Angli enim nonnihil adhuc retinuerunt ex prima antiquitate Christiana, quale est in fronte infantis signum Crucis, cuius meminit S. Dionysius Areopagita, S. Augustinus & S. Basilius. In Gallia nonnunquam accidit, ut magno numero infantium ad concionem allato, non defuerint, qui non recepta aqua domum referrentur. Et Beza in Epistolis suis obiectum sibi a Schluselburgio scribit, posse sine aqua Baptismum administrari.

V. Vbi est Caluinista, antiquorum Christianorum Exorcismus super Infante, adei ciendum Diabolum? ubi Crux fronti impressa, ubi Christum & oleum, quo cœ nouus Athleta vngebatur, adscriptus ordinibus Iesu Christi, ad oppugnandum potestates mundi? S. Augustinus, Vnde nos esse dicit, ut tanto fortius contra diabolum luctemur. & quidem Unionem illam oleo Catechumenorum in bumeris, Christate vero in capite fieri. De quo loquuntur S. Dionysius, Tertullianus, & omnes post ipsos. Vbi impositio manuum Sacerdotis, ad obstruendam viam Diabolo, & in tuto collocandum Baptizatum? Vbi renunciatur Satanæ? Vbi consecratio aquæ Baptismalis, quam S. Basilius Apostolicam traditionem vocat? Sal ori impossum? Et Candela manus? Cuius mentionem facit Epiphanius, & D. Augustinus in Psalmum 65. ad significandum transitum à tenebris mortis ad vita lucem. Amiculum album, quo Infans induitur? Quæ omnia inueniuntur apud S. Dionysium discipulum. D. Pauli: qui ait, Infantis baptizandi fronti ter

Crucis signum imprimi, deindeunctionem applicari. Et S. Augustinus inquit, Infantes afflari atque exorcisci, ut ab eis Sathanas potestas expellatur. Idem scribit D. Chrysostomus Homilia de Adamo & Eva. Et aquam consecrari affirmant S. Basilius, & S. Ambrosius, & ante hos S. Dionysius, & S. Cyprianus.

Omnis isti veteres tanquam Apostolicam traditionem hoc nobis reliquerunt. ac Caluinus ait, quamvis fateatur antiquissimas esse hasce Ceremonias, easdem tamen esse stultam superstitionem & Simicam imitationem Diaboli. Sic loquebatur Julianus Apostata, Gregorio Nazianzeno teste, deridens Christianos aquam Baptismi consecrantes benedicentesque, quomodo hodie Catholicos derident Caluinistæ. Quum videret, inquit Caluinus, (b) Satan, stulta mundi crudelitate absque negotio fere inter Euangeliū exordia receptas esse suas impostruras, ad crastiora ludibria prorupit, ad addendum, videlicet, salēm & spūmam. Itaque in initio statim Ecclesiam suam Deus Diabolo regendam permisit, si Caluino credimus, immemor illius, quod alio loco dixerat, eam primis quinque Saculis à maculis & impuritate immunem persistisse. Evidenter Salis ori infantis impositi significatio est, per Baptismum nos esse sufficienter munitos aduersus corruptionem naturalem, quemadmodum sal omnes res à putrefactione incolumes praefat, cuius rei meminerunt Origenes & D. Augustinus. Salina autem extrellum digitum Sacerdos mandat, eo que infantis labia, nasum & aures continet, utens voce, Epheta, qua significat, Aperitor, qua uisus est Seruator, quem surdum & cecum sanaret, utrumque saliuia sua contingens. Vide S. Ambrosium libro primo de Sacramentis. Omnes haec Ceremoniae introducere sunt ad imitationem eorum, quæ fecit ipse Seruator. Meminisse debebant, quum, D. Paulo teste (c), per hominis peccatum creatura sit vanitati subiecta, quemadmodum vaticinatus fuerat olim ante diluvium Noe chus, Diabolus omnia clementia, occulta sua operatione corrupta & infecta in ministerium suum traxisse: eo que opus esse ut benedictione creatura munderetur ac sanctificetur, quemadmodum loquitur D. Paulus (d). Itaque iuxta antiquorum Doctorum testimonia, in primis Tertulliani

Vv

tulliani

b Cal. 1. 4. c. 15. Inst. c Rom. 8. d Ds
Ido, & cultu sc̄emi.

ulliani & S. Cypriani, aqnam Baptismi & reliquorum Sacramentorum materialem benedicimus, sandificamus, consecramus, ad abigendam potestatem iniunctici, per aduentum Columba SPIRITVS SANCTI, qui imploratus, exparsalis protegit defenditque aquas ab incursione contraria, & præterea per Ministerium Angeli, quem Tertullianus arbitrium appellat Baptismi, quinon minus sacro huic fonti, ac olim piscina Bethsaidæ afflxit.

VI. Susceptores nulla lege, pro arbitrio eli-gunt, adeo inordinatum ordinem habent, & ipsos parentes adhibent, ut olim ludæi ipsi filiolos suos circumcidentes offerebant. Opinantur enim, hanc esse simplicem recepti Baptismi testificationem, nec præterea quidquam ea in re vel fuisse vele efficaciz, neque per infantis præsentationem, neque per affinitatem spiritualem, quæ ibi contahitur, cuius meminuit Concilium Nicenum, & Origenes, explicans locum illum D. Pauli, IASON ET LVCIVS COGNATI M E I. Reperitur vetus hæc Ecclesiæ Ceremonia extra Ecclesiam, per traditionem Apostolicam, quam hacio parte sequi Calvino ritum fuit. Notavit eam S. Dionyius, & Tertullianus vñ cum Augustino eiusdem mentionem facit. Caierus refert, per summam negligentiam non nunquam contigisse, ut masculi pro femellis baptizarentur, permutatis etiam per errorem nominibus. Cuius rei ipse se profitetur ocularem testem, quippe multis simul oblatis infantibus, adeo illos nec regulam ullam in actionibus si. isproposita habere, nec quid agant attendere. Affirmatque sibi notos esse, quoram animis iste baptizandimodus scrupulum inieciisset, vt qui parum digne institutus ipsis videtur. Nec circa nominum impositionem maior est illorum consensus: quibusdam indifferentem tam censentibus, alijs vero nefas existimantibus eorum imponere nomina, qui habitent pro Idololatriis: Quia si autem, Arnoldi, Georgij, Francisci, Ludouici, Claudij, Catharinæ. Vnde sit, ut ipse Minister nomen imponat, si susceptoris non placet. Et fere ludæorum nomina frequentius adhibentur quam Christianorum. Magnas, inquit Caietus, controversias mouent super nominibus sanctorum sanctorumque, quorum usum omnem respuunt, & ex Biblijs ferociissima queque velut industria seligunt, nequidquam, ut ipsi loquuntur, commune habent cum Papis: Capillus tamen Minister Se-

davensis, quum Ludouici nomen, repudiatum & Ministro tanquam Papisticum, filio suo imponi cuperet, distulit Baptismum, quoad nomen, quod ipsi placeret, daretur, prout Minister Lau-næus, postea factus Catholicus, in declaratione sua scribit. Nam quibus contrarietatibus in hac Baptismi materia Ecclesiæ hostes ipsi se se impli-cuerint, quæso, Lector Catholicæ, mecum consi-dera. Aiunt ipsi, b. ptijmum nec extra Ecclesiam Dei, nec pereos, qui non sunt ad id munus legitime vocati, vel posse vel debere administrari, propter quod secundum intentionem Ecclesia quidquam facere nemopossit, nisi quis sit de Ecclesia, nec Ecclesia intentionem exsequi sine legitima commissione. Nam si Baptismus in Ecclesia Romana administratus, verus Baptismus est, quemadmodum ipsi fatentur, quid aliud consequitur, nisi vt Ecclesia Romana sit vera Ecclesia, & huius Pastores legitimam vocacionem habeant? Quod si, eam veram esse Ecclesiam, negauerint, non carent absurditate, qui Baptismum eius pro legitimo habeant, quem ipsi docent extra Ecclesiam Dei administrari non posse, eo ipso confitentes, Catholicam, Apo-stolicam & Romanam, veram esse Ecclesiam, & quod hinc efficit, suam Ecclesiam erroris esse Synagogam Sed de hoc quidem satis. Nunc Cœ-nam, corum videamus.

DE COENA CALVINISTARVM, eiisque multiplice abusu.

CAPUT XII.

ARGUMENTVM.

- I. Idololatra & Hæretici figuram aliquam Cœna Dominica seruant.
- II. Ad sacra nec altaribus nec ullo alio ornata vntuntur.
- III. De altaribus Catholicæ Ecclesia.
- IV. Quibus ritibus Cœnam administrent.
- V. Mos & ritus primitiva Ecclesia.
- VI. Ingens abusus Calvinistarum in porrigoendo Calice.
- VII. Calvinista ad Cœnam suam pane fermentato & vulgari, Catholici in Eucaristia, exemplo Saluatoris, azymo utuntur.
- VIII. Cal-